



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Aldegundis V. 30. Ianuarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Quia verò geminis cæcis curatis oculos multorum Ethnicorum, M. Antonini ævo, aperuit; post crudeles verberum cruciatus in bulliente ab ignibus balneo plagas scilicet jubetur abluerere. Verū sub noctem illuc quoque de cælo lumen affulget, fideique lucem custodibus accedit. Iis auctoribus fugam capit, sed retractus, qui prius aquas, nunc in prunis ignē triumphat. Amissus proinde, sed tertium jam captus atrocissimè cæditur, molllissimè curatur ab Angelis, à tyranno denique capite plectitur. Funus ejus Cælites curarunt, cantuque tamdiu celebrarunt, dum Leucianus divino monitu eam curam in se reciperet. Id dum fit, & duo à fidè alieni funus rident, oculos amittunt, dum lugent, recipiunt. Sed & aliis duobus pulsâ oculis nocte lux rediit, ut suum jam omnes in CONSTANTIO solem agnoscerent, qui diem oculis, ut luberet, vel auferret, vel ferret. Ex Surio.

*Si non vales pro Deo mortem subire, vales tamen vitam Deo placabilemducere. Magnum quippe est mori pro Christo; sed non est inferius, vivere Christo. Non potes sanguinem fundere, potes temetipsum pœnitentia telo percutere, & in cordis contritione mactare.* B.Pet. Dam.serm.33.

S. ALDEGUNDIS V. 30.Ianuarii.

**E**T si Numen amore omnes omnino animas depereat, fatendum tamen est, non raro etiam illustres ceras apud homines quæsiisse. Ita ADELGVNDEM è regiâ Gallorum stirpe oriundam vox cælo allapsa jussit uni Agno castum thalamum servare; palmâ interim & veste longè nitidissimâ arrhæ loco datis. Ad id ipsum cum Angelus etiam Tutelaris palam yisus hortaretur, mater interim

jam

jam telam in sindones nuptiales offerret, eā Neophytos illa vestiit: mox à morte matris, concubia nocte, ad suas nuptias in eremum evolavit, castoque flammeo ab Amando Episcopo (quem magno pōst coruscum splendore cælo inter Cælitres vedit subire) involuta est. Cæterū quo die nova nupta dotem suā, vel in templo vel pauores dispertivit, etiam has nuptias probaturum Numen aquam bibenti in vinum vettit. Sed illa, ut pulchriorem sponsō suo probaret, multis precibus carcinoma, velut formæ pigmentum, à cælo extorsit. Ultimū ægra cùm ē manu D. Petri manna gustasset, naufragavit abhinc omnes humanos cibos. Eò igitur à Cælitibus adventantibus, & inter hos augustissima cæli REGINA deducta est, ubi illis delitiis quotidiè frueretur. Ex Surio & Lippeloo.

*Expergiscere ô homo & dignitatem tuæ cognosce naturæ; recordare te factum ad Imaginem Dei; utere quomodo utendum est visibilibus creaturis, & quidquid in eis pulchrum & mirabile est, refer ad laudem & gloriam Conditoris. S. Leo serm. 7. de Nat.*

### S. MARCELLA VIDUA. 31.Ianuarii.

**C**Horum in Januario claudat mulier, sed quæ virtute vitæque constantiâ certare & invidiā facere viris possit, quamque sanctior Roma profanæ illi unicam contra omnes Heroides possit opponere. MARCELLA est Romani sanguinis, & patricii matrona, eodē anno, quo nupta, etiam vidua, exhorruit deinceps tam mortalibus nubere. Nec tamen mater non fuit. Certè filios multos numeravit, quamvis pauperes. In hos prodiga ex auro, & fortunis omnibus unum sibi reliquum annulum